



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Thomæ Młodzianowski, Poloni, Societatis Jesu,
Prælectionum Theologicarum Tomus ...**

De Deo, Angelis Et Actibus Humanis

Młodzianowski, Tomasz

Moguntiae, 1682

Privilegium Regium.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-82949](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82949)



PRIVILEGIUM REGIUM.

IOANNES III. DEI GRATIA Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Massoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque. Significamus praesentibus Literis Nostreis Quorum interest universis & singulis. Cum Nobis expositum esset per certos Consiliarios Nostros, Simonem Beckenstein Civem & Bibliopolam Gedanensem, Theologica atque Philosophica Opera Religiosi Thomae Młodzianovvski Societatis Jesu, propriis sumptibus, typo eleganti in lucem secundò edere velle; vereri autem, ne posteaquam haec Opera in lucem prodierint, emuli typographi eadem recudendo in recenti prænominatum Bibliopolam, non solum sperate fructu, sed etiam sumptuum notabilium compensatione privent: Supplicatumque Nobis ut ejusdem Bibliopolae Libertati & indemnitati Autoritate Nostrâ Regiâ providere dignamur: Nos proinde prout laudabili institutò supra Nominati Religiosi Thomae Młodzianovvski Societatis Jesu, ita etiam intercessioni ex parte praedicti Bibliopolae Gedanensis factâ benignè annuentes, eidem Libertatem & facultatem cudendi seu imprimendi specificata supra Operae Libros, ex speciali Gratiâ Nostra ad annorum Quin-

R. P.
TH. MŁOD
ZIANOWSKI
Tbm. de Z.
D. VI



decim à data præsenti computandorum decursum, concedendam & tribuendam esse duximus, prout concedimus & damus hocce Privilegio Nostro, ita ut intra decursum præfixorum annorum, præter dictum Simonem Beckensteinium, & ejus hæredes Legitimos, nulli Typographorum, Bibliopolarum, seu negotiationem Librariam, alio quovis modo in Regno, Provinciis & Civitatibus Regni Nostri, & Magno Ducatu Lithuaniae exercentium, licitum sit nominatos Libros recudere, recusosvé vendere, tam in toto, quàm in parte, sub amissione exemplarium omnium, & poena Ducentorum Hungaricalium aureorum Fisco Nostro & accusanti parti per medium applicanda: In cujus rei fidem, præsentes Manu Nostrâ subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varaviae die xviii. Mensis Februarii. Anno Domini M. DC. LXXXI. Regni Nostri Anno VII.

JOHANNES REX.



STANISLAUS SZCZUKA, S^r. R^s. M^{is}.
Secretarius.